

## Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ligonibus effossa insuper exuerunt, ne ignis pabula habere posset iuxta illud: Subtrahē ligna foco, si vis extinquareflammam. Tali ergo modo multae silvae et montes ab ignibus innocui servati sunt, licet interim aliis multa damna intulerint, quae damna maxime ferri-fodinae propter inopiam carbonum persenserunt. Plurimum a quibusdam disputatum fuit, unde fieri potuerit, ut etiam altissimi et longe dissiti montes ab ignibus correpti et incensi sint. Credibile fuit, quod alicubi ex novello aliquo agro incenso vivi vel igniti carbones alio delati et, quia aridissima et siccissima folia, materiam simul combustibilem ad ignem capiendum valde dispositam repererunt, alii montes successive post alios incensi sint. Huius conflagrationis montium in hodiernum diem multa vestigia ab iis, qui se devotionis causa ad *Cellas BMV.* conferunt, licet intueri.

(*Brand von Preßburg.*)

Unruhen in  
Waidhofen.

Die 27. Augusti rebelles Waidhofenses cives ex catholico templo catholicos violenter expulerunt. Sacerdotem celebrantem et duos cooperatores altari ministrantes de ipso altari subtraxerunt. Post quae illorum praedicans cathedralm ascendit et ipsam concessionem a gratiarum actione, scilicet quod vendentes et ementes (nam hoc evangelium in eam Dominicam inciderat) e templo eiecerint, incepit. Hinc „Te deum laudamus“ germanice in templo ab omnibus simul rebotatum est. Ab hac tamen invasione templi senatus verus sese absentavit, licet ipsum factum populi non improbaverint. Sequenti die sacerdotes omnes cum ludi-rectore, cantore et aliis quibusdam ecclesiae ministris intra pauculas horas urbem egredi iussi sunt vixque dilationem unius diei obtinuerunt. Interea, quia D. praefectus arcis *Vienam* discessurus erat, ab illo claves ad armamentarium extorquere conati sunt. Cum vero eisdem tradere nollet, eas ipsas violenter ab ipsa arce arripuerunt; sed non contenti hisce multa maiora quotidie machinati sunt, ut alibi iam dictum est. Praefectus tamen urbis totius rei seriem tam apud aulam Imperatoriam *Viennae* quam *Frisingae* apud excelsum regimen fideliter et veraciter in scriptis depositus. Unde hic perturbatus status brevi iterum immutatus est.

(*Tod des Papstes Sixtus V. — Wahl Urbans VII. — Wahl Gregors XIV. — Erdbeben in Wien und Niederösterreich.*)

Ursache  
des  
Erdbebens.

Hic studio praetereo, quae alibi damna ex his tantis terrae motibus consecuta sint. Etsi manifesta Dei punatio fuit et praesagium futuri belli turcici, tamen fieri potuit, ut ex causis naturalibus suam originem sumpserit. Etenim, ut ante dictum fuit, in aestate per X fere septimanas continui maximique calores fuere, per quos terra ubique maximas scissuras et hiatus concepit, per quae aer et venti penetravere. Deinde mense Augusti per plurimos dies continuae et magnae pluviae consecutae sunt, ita ut etiam flumina mirum in modum excreverint magnaque inundatio aquarum insecuta est. Per quae omnia, ut postea quidam coniecerunt, spiritus in terrae visceribus interclusi, qui tandem exitum requirentes